quovis tenendi, habendi, et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum Successorum quoslibet beneplacitos, libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et dictius in Regno Poloniæ observari solitarum.

Krzempski cum Leszczynskiey Cedit et statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Andreas Radwan Leszczynski, sanus mente et corpore existens, à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando seq[ue] subijciendo, palam, liberè, publicè atq[ue] expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosæ Hedwigis de Zagorze Consortis suæ legitimæ, pro cuius rati habitione Cavet et se præsentibus inscribit nomine de omni et integro Iure suo infrascripto videlicet, de summa Quingentorum Sexaginta florenorum polonicalium, una cum provisione à Centum per septem pro tribus annis concernen[te] à eadem summa provenien[te], necnon de medietate Vadij Capitanealis, videlicet de summa sexaginta marcarum polonicalium, atq[ue] de pœna Luita Trium marcarum polonicalium, necnon de vadio summæ originali Quingentorum Sexaginta florenorum polonicalium et provisionibus à eadem summa provenien[te] Correspondenti, et pœna Qualium or decem Marcarum Polonicalium ob non solutionem pœnæ Luitæ Trium marcarum polonicalium, sibi Recognoscens ad solvendum succubitt, ipsaq[ue] pœna Banitionis, ob non solutionem medietati Vadij Capitanealis Decreta et sue cubita, et omni Iuris vigore, sibi Recognoscenti et præfatæ Generosæ Consorti suæ, ex Decreto Tribunali Regni Lublinen[si] feria Quinta in Vigilia Festi Sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ Anno Millesimo sexcentesimo sexagesimo Tertio proximè præterito, Idq[ue] in Causa inter se Recognoscentem et supradictam Generosam Consortem suam ab una et Nobiles Paulum Danielem Albertum et Dorotheam Virginem Hoszowskie fratres germanos et sororem germanam olim Generosi Constantini Hoszowski cum Generosa Theophila Karska procreatos filios et filiam, nec Basilium Hoszowski, et Annam Hoszowska, Ivanum et Catherinam Bozochowskie coniuges et alios in processu Causæ specificatos, ratione sortium in Bonis Hoszow existentium superinequitationis, sublimatione sortium in Bonis Hoszow existentium ... obedientium interdictionis, in vitam et fortunas machinationis, reno

receptionis

receptionis, et aliarum violentiarum perpetrationis, Decreto Tribunalitio Regni Lublinen[si] suprascripto de praemissis latori existente Lato ad solvendum adiudicatas. Necnon de quibusvis protestationibus, relationibus, Decretis quibusvis eductis Inquisitionibus, totoq[ue] et integro Processu ea in Causa subsecuto expedito, Summamq[ue] praemissorum Iuris proprietatis Competentiaq[ue] et praerogativa quavis ac omnibus et singulis eiusdem Decreti Tribun[alitii], atq[ue] praefati Iuris Cessi, Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, Ligamentis, annexibus praeterea universis, summarumq[ue] memoratarum omnium et provisionum ab eisd[em] summis provenientium utilitatibus, fructibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentiisq[ue] et pertinen[tiis] generaliter universis, Nihil ex praefatis Iuris proprietati ac Cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente Suisq[ue] successoribus, aut alio quopiam reservando, seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsummet Recognoscen[tem] concernebant ac eid[em] legitime serviebant. Id meliori iure et de facto Gnoso Petro Krempski et ipsius successoribus (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) Cessit, et Condescendit, prout cedit et Condescendit praesentibus,. Omneq[ue] et integrum Ius suum sibi ad praemissa servien[s] in personam eiusdem Gnosi Petri Krempski Cessionarii sui et ipsius Successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout transfert transfundit et incorporat praesen[tibus]. Per ipsum Gnosum Petrum Krempski Cessionarium suum et ipsius successores, hoc idem Ius praesens Cessum Summasq[ue] suprascriptas, et provisiones ab eisd[em] summis provenientes praesentibus per se Recognoscentem abiectas, cum universis ipsius utilitatibus, et usufructibus, Competentiaq[ue] et praerogativa quavis, tenendi habendi, et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice utifruendi; summas praefatas et provisiones ab eisdem summis provenientes per se Recognoscentem transfusas tollendi, levandi, et percipiendi, processum eundem continuandi, et ad debitum Executionis finem perducendi, praemissaq[ue] omnia tanquam sua propria ad suos et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, Iuris praefati originalis, ea omnia tangi in se complecten[tis] praesentisq[ue] Cessi et transfusi vigore. Insuper idem Recognoscens Gnosus Andreas Radwan Leszczynski, debebit et tene-

bitur

bitur, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusvis habitis et haben̄, suprascripto Dn̄o Petro Krzemski Cessionario suo, eiusq posteris inscribit et obligat praesentibus, praefatam Dn̄am Hedvigim de Zaporze consortem suam legitimam cum personali suiq sistentia intra decursum duodecem septimanarum, ad approbandam per ipsam Inscriptionem Cessionariam, vel similem suo pro interesse faciendam, ad Acta quaevis Authentica Regni in perpetuitatis ex se habentia, vel in eventu mortis successores illius adducere, et personaliter statuere, ab eaq vel eius successoribus ut praemissa debite exequantur efficere, sub suo Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Iuramento taxandis et educendis periculo, Reco gnoscentem sive eius posteros suprascripto Dn̄o Petro Krzemski Cessionario suo vel eius successoribus, ob non statuitionem eiusdem Dn̄ae Consortis suae statuendae, vel in eventu mortis successorum illius, pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis terrestribus simpliciter absq corporali Iuramento taxatis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda praefataq consorte sua non statuta statuenda Citatus existens, memoratus Recognoscens Dn̄us Andreas Radwan Lerczynski, sive eius successores. Ad Instantiam praefati Dn̄i Petri Krzemski Cessionarij sui vel eius posterorum, Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex tunc receptu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tamquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praedicta Terrestria luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, Illum seq ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesen̄. Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate proma Causa, minorennitate successionem, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ac exercitum vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem vltra proximos officij praefati Castren̄ Capitan̄ Praemyslien̄ Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac eam exceptiones

prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello, Conventione ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Leszczynski Krempskiemu Cedit. et statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Andreas Radwan Leszczynski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibus que suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Hedwigis Zaporska Consortis suae legitimae, pro Cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine, De omni et integro Iure suo infrascripto videlicet de Causa et actione Iudiciaria per se Recognoscentem et supra scriptam Generosam Consortem suam ac alios in processu Causae specificatos Nobilibus Feeloni Turanski Kiselitczak, Stephano Turanski Skiber atque Petro Wysoczanski, hereditarijs de Villa Turze et alijs in Processu Causae specificatis, in Causa Ratione per eos Diversorij in Villa Turze siti, hospitij videlicet sui Regentis tempore nocturno superinvasionis, Concussionis Convulnerationis, rerum in Vim praedae et spolij receptionis, et aliarum violentiarum perpetrationis. Processu Causae de praemissis latiore, primum ad Officium Castrense Capitaneale Praemysliensi institutam, tandem per viam motionis, ad Iudicium Tribunalitium Regni Lublinensi cum Generoso Wysoczanski pro eius Interessentia deventam, ac ibidem agitatam, ac ipsa penadzfamiae in termino Conservato, ex delatione vero Infirmitatis eidem Generoso Wysoczanski Concessae obtenta et publicatae, toto que et integro Processu ea in Causa obtento et perducto